

**Fejér, Georgius: Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis.
Tomi VIII. Vol. 5. (Budae, 1835.)**

https://library.hungaricana.hu/hu/view/KozMagyOkmanytarak_Codex_Diplomaticus_Tom_8_Vol_5/?pg=210&layout=s

209-201.-old. 125. okl.

CXXV.

An. Ch. 1332. Capitulum Vesprimien. super possessione Boglar per Chalianos
fdiis Heym. vendlta , fassionales edit.

Nos Capitulum Wesprimiensis Ecclesiae significamus, quibus expedit, tenore presencium, vniuersis. Quod religiosus vir, frater Mauricius Ordinis fratrum Praedicatorum de Conuentu laurien., filius Demetrii, quondam Bani, filii Wgud de genere Chaak, in nostri presencia personaliter constitutus, est confessus, quod cum quandam possessionem suam Boclar vocatam, in Comitatu Albensi existentem, empconis titulo comparatam, longe ante emanacionem litterarum Serenissimi Principis Domini Karoli, Dei gratia illustris regis Hungarie, vniuersas possessiones eiusdem Demetrii Bani et per consequens filiorum suorum iu manus regias iuxta regni consuetudinein deuolutas, quibus mediantibus pro eo, quia ipse habitum tratum predicatorum intrauit, et magister Chaak, fratersuus, sine heredum solatio decessit, idem Dominus rex, magistro Chenyk Bohemo, militi suo, propter seruiciorura suorura merita, et per eum suis heredibus, heredumque suorura successoribus dedit et contulit, **Magistro Ladislao quondam Castellano de Helgkw et de Chesnuk, ac Comiti de Bokonio**, Pauio, Georgio et Heym, filiis Heym de Nempty, ex quibus idera Ylagister Paulus personaliter aderat, et eorundem heredibus, heredumque suorura successoribus cum oranibus vtilitatibus et pertinenciis suis vniuersis, perpetuo et irreuocabiliter possidendara, tenendara et hahendara vendidisset. Tandem idem Magister Chenjk, eidem fratri Mauricio persoualiter astans, super premissis negocio in nullo contradicendo, vendicioni huiusraodi praefatis filiis Ileym raodo supradicto facte suum adhibuit consensum, pariter et assensum. Presentes autein cum nobis vsque ad anni reuolucionetn reportate fuerint nostras exinde litteias priuilegiales eisdera filiis Hejm promisimus concedendas. Datum feria quarta, proxiraa ante Dominicam Judica.

Anno Domini M. CCC. XXX. secundo."

E transuinto harum priuilegiaiura de an. 1335. Yide infra.